



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCCCCXCIII. Kaiser Karl bestätigt einen zwischen dem Herzoge Barnim
von Pommern und dem Markgrafen Ludwig dem Römer geschlossenen
Vertrag, kraft dessen Angermünde, Schwedt, Brüssow, Stolp, Zichow und

...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

DCCCCXCII. Die Fürsten Albrecht und Woldemar von Anhalt geloben dem Herzoge Barnim von Pommern-Stettin eine rechte Sühne und compromittiren wegen ihrer Streitigkeiten auf den Markgrafen Ludwig den Römer, am 3. März 1355.

Wy Albrecht vnd Woldemar, von der gnade gods forsten van Affchanien vnd Greuen tu Anhalt, Bekennen openbar in dissim briue, dat wy eyne rechte sone louen vnsem Omen hertoge Barnym van Stetyn dem eldern, Alle als die hochgeboren forsten her ludwig die Romer, markgreue tu Brandenburg, vnse liue Ome, en mit vns besonet het vnd alle schelinge der vns tu om not is, ga wy vp vnfen vorgevanten omen den markgreuen, die sal vns der entscheiden myt mynne oder myt rechte vnd wu hie dat entscheidet, dat wille wy halden, dat vnse Ome die markgreue endue twuschen hir vnd der vtganden Osterweken: mochte hi auer des vor vnmute vor der tid nicht dun, so schal hie dat darna bynnen den dren weken oder vieren dun ane vortoch. Tu orkunde sind vnse secrete an dissin briff ghehangen, die ghegheuen is na gods gebort drittein hundert iar in dem vieff vnd vestigften iare, des dinstages vor dem sundage, als man singet Oculi.

Nach dem Original des Königl. Provinzial-Archives zu Stettin von Bagernohl mitgetheilt.

DCCCCXCIII. Kaiser Karl bestätigt einen zwischen dem Herzoge Barnim von Pommern und dem Markgrafen Ludwig dem Römer geschlossenen Vertrag, kraft dessen Angermünde, Schwedt, Brüssow, Stolp, Zichow und andere Ufermärkische Orte an Pommern abgetreten werden, am 21. Juli 1355.

In nomine sancte et individue Trinitatis feliciter Amen. Karolus quartus, divina fauente clemencia Romanorum Imperator, semper Augustus et Boemie Rex. Ad perpetuam rei memoriam. Inter ceteras Imperatorie Maiestatis acciones insignes, que vigilantis sollicitudinis Studio ad subditorum commoda procuranda fundantur, hec sibi loca precipua in agendis constituunt, hec talibus laudum titulis conantur insigniri, quod illorum status exaltetur uberius, et condicionis eorum gradus altius sublimetur, quorum natura nobile operum bonorum genus insequitur et nobilitatis eximie radius illustrata, eos eorum sanguinis specialiter afficit cariores. Pro parte liquidem illustris Barnym senioris, Stettinensis, Pomeranie, Slauię et Cassubie Ducis, principis et consanguinei nostri, expositum extitit, in presentia nostre Imperatorie maiestatis, quod licet ipse probitate et magnificencia sua tam ab inimicis propriis, quam Illustris Ludovici Romer, Marchionis Brandenburgensis et Lusacie ac sacri Imperii supremi Camerarii, necnon Comitis palatini Rheni Ducisque Bauarie, Principis et consanguinei nostri, Civitates, oppida, Castra, bona, predia, territoria, loca, Jura, possessiones et villas infra scriptas seu infra scripta, iusto et licito bellorum certamine acquisierit, et in suam attraxerit potestatem; Quia tamen super hiis omnibus inter eos-

dem Principes videlicet Ducem Stettinensem ex una et Marchionem Brandenburgensem ex altera parte de ipsorum quoque voluntate et consensu, talis compositio seu ordinatio interuenit, quod idem Marchio Jura et Civitates infrascripta videlicet novam Angermunde, Sweit, Broßow, Castrum Stolp cum oppido, Item Gelmerstorp, Kuriffow cum castro Czichow et Porßow, Monasterium in Gramzowe cum omnibus suis proprietatibus et pertinentiis, Necnon has villas Carnßow, Swanenberg, Smollen, Eycltede, Walyn, Dannen, Lutzlow, Golin, Gronow, Vrowenhagen, Sconermark, Pynnow, Murow, Kerkow, antiqua Konckendorp, Vellkow, ambe landingen, Henrichstorp, Berchholt, Stendal et Merica siue silua Stendaliensis, cum omnibus limitibus et pertinentiis, ac Slaucas uillas juxta fluuium Oderam Czutzen, Crywen, Schonemberge, Item alias Slaucas uillas, que sunt inter Sweit et Stolp et omne, quod jacet inter Sweit et Konckendorp et Margreuendorp et Bismero et Dobertzin, omnes has munitiones, terras et uillas cum uniuersis et singulis utilitatibus, Theloniis, siluis, aquis et pertinentiis earundem quibuscunque nominibus censentur et cum omnibus et singulis Jurisdictionibus supremis et inferioribus homagiis et hominum seruitiis, cum omnibus feudis seu beneficiis secularibus et ecclesiasticis cum omnibus terminis siue limitibus et cum omni eo, quod infra limites hujusmodi jacet, cum omnibus mericis siue siluis et venationibus et nominatim cum Merica siue Silua Stendaliensi, cum omnibus lignis, cum agris cultis et incultis, aquis stantibus uel fluentibus, pascuis, pratis paludibus, piscinis, cum molendinis et cum Theloneo in Sweit cum omnibus pertinentiis et etiam cum omnibus aliis Theloneis, ubicunque sint, in aquis uel in Terris, in ciuitatibus siue uillis, cum pedagiis Guidagiis seu conductibus, cum Monetis cum Mineris omnibus, et cum utilitatibus, fructibus, prouentibus et redditibus uniuersis, quibuscunque uocabulis nominentur, prout ipse Marchio et sui predecessores hec possederunt et habuerunt a sacro Imperio usque ad presens tempus, memorato Duci Stettinensi ac heredibus successoribus ipsius jure hereditario, totaliter uoluntarie et libere perpetuo dimisit et cessit, nichil sibi aut heredibus suis prefatus Marchio juris aut dominiis reservando in omnibus et singulis supradictis seu aliquo eorundem, sic etiam quod memorate Civitates et Terre siue loca predicta omnem earum libertatem et iustitiam exercentes siue in ipsismet Ciuitatibus siue in terris, siluis seu mericis, lignis, pascuis, aquis et iuribus quibuscunque, sicut ipse hoc prius habuerant, debeant retinere et debeant terre et munitiones prenotate ad prefatum Ducem Stettinensem et suos heredes ac successores eius perpetuo pertinere pleno Jure. Promisit etiam dictus Marchio, pro se et pro fratribus suis et heredibus suis et successoribus suis uniuersis ipsi duci et heredibus ac successoribus ejus esse Guarendator seu defensor et se efficaciter obligauit dicto Duci Barnym de euictione ac ratione et nomine euictionis predictarum terrarum Ciuitatum et locorum ac Jurium et Pertinentiarum ad ipsam et cuiuslibet eorundem, quos et que dimisit ei pleno jure, quemadmodum Jus requirit, ex certis iustis et rationalibus causis, que eum ad id mouerunt, ut dixit et presertim pro eo et ex eo inter cetera, quod idem Dux Barnym Maximas expensas dampna et labores grauissimos sustinuit propter Ciuitates Castra Opida Terras et loca prefata, et propter alias terras et loca,

quas et que a suis propriis et etiam ipfius Marchionis hoftibus cepit et obtinuit, et etiam propter hoc, quod ipfe Dux Stettinenfis libere et expedite ac realiter et cum effectu refituit, celfit et affignavit eidem Marchioni Brandenburgeni Caflrum Botzemburgh cum omnibus pertinentiis fuis, quod ipfe Dux habuerat in fua poteflate, et Civitatem feu Caflrum Jagow *) cum advocatia et hominibus feu uafallis pertinentibus ad eandem et Caflra Gripenbergh, Verkewitz et Nienfunde et uillam vlemingftorp, ficut ipfe Dux hec habuit et poffedit, ipfi Marchioni etiam realiter et cum effectu affignauit cum debitis hominum five uafallorum, in quibus eis idem Dux tenebatur, que ipfi poterunt **) rationabiliter demonftrare, Quorum folutionem idem Marchio fuper fe recepit, et quos homines conferuare promifit in eorum Juribus, prout in literis ejuſdem Marchionis datis et conceſſis ipfi Duci, quarum aliquę in fufficienti forma coram maieflate noſtra productę fuerunt, contineri uidetur et etiam continetur. Unde pro parte Ducis eiuſdem Ceſtitudini noſtre Imperiali fuit cum inſtantia ſupplicatum, ut cum ordinatio et compoſitio huiusmodi ſuper ceſſionibus et reſtitutionibus Caſtrorum, Opidorum, Villarum, prediorum, poſſeſſionum five bonorum eorumque pertinentiarum uniuerſarum et aliorum, prout ſuperius ſunt expreſſa, factę et inite rationabiliter inter Ducem Stettinenſem et Marchionem Brandenburgeniſem prefatos utilitati conueniant utriuſque ipſorum, eas ſimul cum ceſſionibus, dimiſſionibus, affignationibus feu conſtitutionibus huiusmodi ac ceteris omnibus et ſingulis circa ipſas ut premititur factis, et habitis de Imperiali noſtra clementia approbare admittere auctorifare et confirmare gratioſius dignaremur. Nos igitur qui dictorum Principum et conſanguineorum noſtrorum ſtatus eminentiam et honoris augmentum ex innata proſequi dilectione teneamur, conſiderantes attentius, quod ex compoſitione et ordinatione premiſſis et aliis, ob eas et ex eis ut preferitur ſecutis, non modica reſultat utilitas Principibus memoratis et eorum terris ſubditis et uafallis non modica ſecuritas procuratur, Et uolentes propterea oblate ſupplicationi huiusmodi noſtre Ceſtitudinis gratioſum adhibere conſenſum, omnes et ſingulas Civitates, Caſtra, Opida, Burgos, uillas, predia, poſſeſſiones, terras et loca, cum eorum rebus, honoribus, Jurisdictionibus, ſerviſiis, hominibus, Vafallis, Juribus, Cenſibus et proventibus ac pertinentiis uniuerſis, in quibuſcunque conſiſtentibus et quibuſcunque nominibus cenſeantur, et prout ſunt ſuperius designata, virtute ordinationis et compoſicionis predictarum reſtitutas, ceſſas, dimiſſas et affignatas, ſeu reſtituta, ceſſa, dimiſſa et affignata per Marchionem predictum prefato Duci Stettinenſi ex cauſis et rationibus ſupradictis, nec non et literas, munimenta ſeu inſtrumenta quelibet ſuper hiis conſecta et que continentur in ipſis, ac etiam reſtituciones, ceſſiones, affignaciones et dimiſſiones ipſas, nec non compoſiciones et ordinationes ſuper hiis habitas, ſicut iuſte, et rationabiliter proceſſerunt, in quantum digne et iuſte, ac omni meliori, ac forciori modo, quo poſſimus, ſepredicto Barnim Duci Stettinenſi ac eius heredibus et legitimis ſucceſſoribus quibuſcunque noſtro et ſacri Imperii nomine, de ſpeciali gratia admittimus, ratificamus, approbamus et ex certa ſcientia ac etiam de plenitudine

*) Nettebla: ſagow.

**) Nettebla: poterit.

Imperialis potestatis confirmamus, Eadem potestatis plenitudine supplentes omnem defectum, si quis forsitan pretenderetur aut reperiretur in eisdem, ac in nobile et rectum feudum Imperiale omnia et singula supradicta dicto duci concedimus, assignamus, tradimus, conferimus et largimur, Nostros tamen et aliorum quorumlibet Juribus in omnibus semper saluis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre admissionis, ratificationis, approbationis, confirmationis, defectus suppletionis, confessionis, assignationis, traditionis, collationis et largitionis paginam infringere uel ei quomodolibet contraire. Si quis autem secus attemptare presumpserit, indignationem nostram grauissimam et penam Mille librarum puri auri, Quarum medietatem filcho nostro et reliquam partem passis iniuriam applicari decernimus, tociens quotiens contrafactum fuerit, se nouerit incursum. Testes hujus rei sunt Ven. Arneſtus Pragenſis Archiepiſcopus, Joannes Olomucenſis, Leupoldus Bambergensis, Fridericus Ratisponenſis et Bertoldus Eystetenſis Episcopi. Illustres Rupertus Junior Comes palatinus Reni et Dux Bauarie, Albertus Auftrie, Stirie et Carinthie, Stephanus Bauarie, Nicolaus Opaue et Ratiborie et Bolko Falkenbergensis Duces, spectabiles Johannes Burgrauus Magdeburgensis et Burkardus Comes Magdeburgensis, Imperialis Curie nostre Magister, Albertus de Anhalt et Johannes de Rietz Comites, necnon nobiles Henricus de Hoenstein, et Henricus de Swartzburg et alii quamplures nostri et sacri Imperii Romani fideles, Presencium eciam sub bulla aurea typario Imperialis nostre Maiestatis impressa, testimonio, literarum. Datum ratisponi. Anno domini Milleſimo Trecentesimo Quinquagesimo quinto. Indiccione Octava, XII. Kalend. Augusti, Regnorum nostrorum Anno Romanorum decimo, Boemie nono, Imperii vero Primo. Ego Johannes dei gracia Luthomuschlenſis Episcopus, Sacre Imperialis aule Cancellarius, vice Reuerendi in cristo Patris Domini Gerlaci Moguntini Archiepiſcopi, Sacri Imperii per Germaniam archicancellarii, recognoui.

Nach dem Originale des Pommerschen Provinzialarchives von J. E. Sagmiel mitgetheilt. Fehlerhaft in Nettelblat's Greinir III, S. 123 — 129. Eine zweite gleichlautende Ausfertigung dieser Urkunde ist von Prag Anno MCCCLV octava Indiccione, VI. non Octobris datirt. Vgl. auch unter den folgenden Urkunden die Bestätigung dieses Vertrages vom 3. Mai 1370.

DCCCCXCIV. Markgraf Ludwig der Römer verleiht der Wittwe Buffo's von Redern ein Witthum im Dorfe Swant, am 27. August 1355.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus romanus etc. Ad renuntiationem liberam et instantem petitionem Strenui viri ottonis de Redern fidelis nostri dilecti Contulimus et presentibus conferimus honeste matrone domine Luchen vidue Buffonis de Redern bone memorie sedecim frustra annuorum reddituum in villa Swant situata omni iure commodo et forma, quibus ea a nobis predicti Buffo et otto de Redern hactenus habuerunt tenuerunt